

*Hæmorrhœus Ægypti*, neque mihi notus. *Lue. Ib.*  
Qui facit ut hæmorrhagiæ omnis sanguis effluat.

*Bufo* : *Faun. Suec.* 253. Dùm agitatur, ejicit è verrucis corporis saniem lacteam, quæ venenatissima. Vidi indè caput canis intumuisse. Miles Suecus qui manu nudâ cepit Bufonem, indè manus laete perfusa, et indè hec tica lethalis. *Vide apud Coll. in suis Observationibus.*

Quadrupedia et Aves vix novi venenatas.

*Rajæ Pastinacæ aculeus venenatus*, Ulyssis morte infamis. Tibi magis notus, quam mihi, cum apud nos exoticus pisces.

*Ostracion Largocephalus*. *Syst. Nat.*, 6, p. 42, n° 15. *Art. Gen.* 58, n° 15, quem horrent omnes Sinenses, et si edatur, asserunt absolute esse lethalem.

*Trachinus Draco*, *Faun. Suec.*, 282, radiis primæ pinnæ dorsalis vulnerat sæpè apud nos pescatores, undè intumescit manus, brachium, et sæpè in sphacelum lethalem transit.

*Pulex caudâ furcatâ* : *Sloan. Jam.* 2, p. 191, *introd.* cxxv. *Catesb.*, vol. 3. Introit tibias sæpè Americanorum, undè intumescientia et inflammatio horrenda, in uleera cachætæa, vel sæpè gangrenam transiens.

*Caneros* venenatos in Indiâ dari, vide *Rumphii Museum.*